

DE IVSTA
HAERETICO-
RVM PVNI-
TIONE,
LIBRI III.

F. ALFONSO A CASTRO
Zamorenſis, ordinis Minorum, regularis
Obſervantiæ, prouinciæ ſancti Ia-
cobi, auctore, nunc recens
accuratè recogniti.

*His rerum præcipuarum acceſſit in-
dex locupletiffimus.*



LYGDVNI,
Apud Sebastianum Bartholomæi Honorati.

M. D. LVI.

Ellican de Guaz

INVICTISSIMO,

ATQVE CHRISTIANISSIMO
Carolo huius nominis Quinto Cæsari
semper Augusto, Hispaniarumque Regi Ca-
tholico eiusdem nominis primo, Frater Al-
fonso à Castro Zamorensis, ordinis mino-
rum æternam optat felicitatem, perpe-
tuamque de hostibus victoriam.



V M^e mecum ipse cogito, Christia-
nissime Cæsar, & ad hoc miserabile
seculum mentem, atque animum
refero: non possum non ingemiscere,
& à gemitu cordis rugire, videns
tot, talisque hereticos hoc seculo prodisse, qui plu-
rimum negotij viris doctis, atque adeo toti Ecclesie
faceffunt, ut nunquam tam multos, aut tam trucu-
lentos ecclesia perpessa fuerit hostes. Tanta enim est
istorum nocendi cupiditas, ut nihil sit à summo us-
que deorsum, cui detrabere non contentur. Neque
enim Deo, nec Virgini eius matri, nec apostolis, aut
euangelistis, nec reliquis sanctis, nec toti denique mi-
litanti ecclesie, quæ Christi est unica sponsa, parcere
volunt: sed contra eorum quenque impudenti te-
meritate oblatrant, & dente canino illum morde-
re nituntur. Hoc autem non leui animo, aut negli-
genti, & ignauo sunt facere aggressi: sed tanquam
rabidi, & famelici canes omnia tentarunt, nullum-

F. ALFONSI DE

CASTRO ZAMOREN-

sis, ordinis minorum de obser-

uantia, in tres libros, quos

de iusta haereticorum

punitioe edi-

dit,

PRAEFATIO.



*V*ARIAE sunt & ex diametro pugnant de haereticorum punitioe ab aliquibus datae censurae, quibus etsi extremae illae sint & longissimae ab aequitate recedentes, patrum tamen non desunt, qui nunc illarum vltro suscipiant tutelam, & illis pertinacissimè fauere conentur. Sunt enim aliqui multum de Pharisaeorum supercilio habentes, adeo morosi, & intractabiles, vt haeticos omnes irreconciliabili odio, & sine vlla punitiois lenitate perseguendos esse censeant. Cum aliquem in haesim lapsum esse ceperint, mirum in modum letantur, sicut exultant victores capta praeda quando diuidunt spolia, & illico impotenti quodam furore agitati, mille in illum conyiciunt conuitia, mille illi in faciem dicunt contumelias, & tandem citissimè illum igni tradendum esse decernunt. Hoc enim haeticorum odio quasi quodam certissimo, & indubitato Symbolo fidei Catholicae ardentissimos zelatores, propugnatoresque constantissimos alijs ostendere conantur: tanquam si fides Christiana secum necessario conne-

LVGDVN I.

Iacobus Faure

EXCVDEBAT.